



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Stvdio Perfectionis Libri Dvo

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

XIV. Paßiones animi à Complexione praua factas immoderatiores,  
Perfectione quærenda esse impedimento.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

eo elaborant, vt nobis persuadeant, mortifica-  
 tionem corporis, animæque sanitatem, præfe-  
 rendam esse valetudini: quæ sola parum inuat  
 acquirendæ pietati, teste B. Paulo, qui dicit: *Cum* 2. Cor. 12.  
*infirmor, tunc potens sum. &: Infirmamundi elegit*  
*Deus, vt confundat fortia. &: Corporalis exercitatio ad* 1. Cor. 1.  
*modicum utilis est, pietas autem ad omnia utilis est.*  
 Plurimi quoq; sancti viri in graui corporis lan- 1. Tim. 4.  
 guore & infirmitate præstanissima quæq; gef-  
 lerunt: qualis D. Gregorius in Pontificatu, quã-  
 uis cum assiduus stomachi doloribus conflicta-  
 retur: & S. Lydvina incredibiles morbos tota  
 fere vita perpeffa, egregia patientiæ & sanctita-  
 tis monumenta reliquit. Quid ni & nos à nobis Act. 14.  
 ipsis aliquid patiamur, cum & mortales esse nos Ioan. 15.  
 deceat esse memores: & per multas tribulationes o-  
 porteat nos intrare in regnum Dei nec sit seruus maior  
 Domino suo? denique omnes sancti quanta passi sunt  
 tormenta, vt securi peruenirent ad palmam mar-  
 tyrij!

## C A P. XIV.

*Passiones animi à Complexione praua factas  
 immoderatiores, PERFECTIONI  
 quærenda esse impedi-  
 mento.*

22. **V**Enio tandem ad id quod in hoc tra-  
 ctatu postremum non est: & quod  
 inter multa, quæ virtuti aduersantur, propemo-  
 dum

*Passiones a  
nimii oriri  
ex intempe  
rie corporis  
& similitudo  
apta.*

*Appetitus  
duplex.  
Intelle-  
ctiuus.*

*sensitiuus.*

*Passiones  
vnde dicā-  
tur.*

*Lib. 9. ciuit  
c. 4. & lib.  
14. c. 7. 8. 9.  
D. Thom.  
11. q. 23. a.  
4.*

duum primas obtinet: nēpe, animi passiones ex di-  
intemperie oriri, excitari, viresque omnes assumere. V-  
enim venæ si vacuæ sint, aut certe solius frigida  
da potione refocillentur, non admodum tur-  
gescent: incredibiliter vero inflabuntur, si ge-  
nerosioris vini liberali potu satientur: sic  
animi affectiones, si solo phlegmate aut me-  
lancholico humore nutriantur, languescunt, &  
quasi frigida, & suo qualicumque calore se-  
uando contentæ, non erumpunt: si vero  
humoris sanguinei aut cholericici viribus veha-  
tur, alanturque vberius, ferociunt, & infla-  
ignis conclusi exiguo to mite admoto, impetum  
faciunt, non sine strepitu & incommodo, cum  
illius à quo flamma exeritur, tum eorum  
quos exilit ac intorquetur. Sed de his paulo  
altius repetendum est: in homine nempe duplicem  
esse appetitum; quorum alter intellectiuus appella-  
tur, alio nomine voluntas, soli animæ rationali  
inhærens: vnde ponitur in parte superiori: alter  
à sensu cui inhæret, (inest enim toti composito  
ex anima & corpore, vnde constituitur in par-  
te animæ inferiori) sensitiuus dicitur: & habet po-  
tentias duas, alterā concupiscibilem alteram irascibi-  
lem. Harum motus, seu operationes, passiones  
dicuntur: quod per illas potentia, corporali qua-  
dam immutatione alteretur, & quasi patia-  
tur: quia vero subinde rectam rationem turba-  
re tenebrasque offundere soleant, perturba-  
tiones appellantur. Censentur à D. Augustino  
& Diuo Thoma numero vndecim: quarum sex  
resident in potentia concupiscibili, nempe amor  
desi-

desideriu  
natio ma  
dolor ve  
bili, vid  
ira deniq  
riuntur  
quo bon  
nimæ p  
quam p  
proprita  
propen  
neatur,  
hoc est  
anima c  
gaudium  
boni po  
gnit res  
nem: c  
tur ear  
tur dei  
citur su  
hæresc  
ristitia  
duum  
efficie  
quend  
quasi c  
lum ob  
men h  
audaci  
lum si  
ira co

*desiderium seu concupiscentia, odium, fuga seu abomi-*  
*natio mali, delectatio, quæ & gaudium nuncupatur,*  
*dolor vel tristitia; quinque reliquæ sunt in irasci-*  
*bili, videlicet spes & desperatio, audacia & timor,*  
*ira denique, quæ & indignatio zelusque dicitur. O-*  
*scitantur hæc perturbationes cum ex obiecto ali-*  
*quo bono, tum ex malo per imaginationem a-*  
*nimæ præsentato. Res enim bona obiecta, tam*  
*quam principium actiuum, primum omnium*  
*procurat animum, attrahit, & inclinât ad se: hæc*  
*propensio amor dicitur. Quod si illico non obti-*  
*neatur, incitat appetitum ad illam procurandã:*  
*hoc est desiderium. Quam si obtineat, efficiet in*  
*anima quietem & pacem; & dicitur delectatio &*  
*gaudium quæ est animi lætitiã ob præsentiam*  
*boni possessi. Eundem ex opposito effectum gi-*  
*gnit res malã appetitui exposita per imaginatio-*  
*nem: & primo quidem auersionem, qua cona-*  
*tur eam à se remouere; & dicitur odium. Sequi-*  
*tur deinde studium rem illam propellendi; & di-*  
*citur fuga seu abominatio mali. Quod si malum ad*  
*hærescat, nec possit repellere, nascitur dolor seu*  
*tristitia. Quod si bonum appetitui obiectum ar-*  
*duum sit, sed ita conceptum, vt obtineri queat;*  
*efficiet in potentia irascibili spem illud conse-*  
*quendi: contra vero desperationem, si concipiatur*  
*quasi obtineri nequeat. Rursum si appetitui ma-*  
*lum obiciatur, quod ægre depelli possit, & ta-*  
*men homo confidat se depulsurum; nascitur*  
*audacia in appetitu: sin minus, timor. Si vero ma-*  
*lum sit re ipsa vel imaginariè præsens; surrigit se*  
*ira contra malum, malique auctores, & tum il-*

L lud,

& q. 25. a.

Passiones.

II.

D. Thom.

sup.

Amor.

Desideriũ.

Gaudium.

Odium.

Abomina-  
tio mali.

Tristitia.

Spes.

Desperatio

Audacia.

Timor.

Ira.

lud, tum hos tollere nititur è medi  
 23. Quantum hæc perturbationes noceant  
 me quieti & tranquillitati, quæ ad virtutem  
 pessendam apprime necessaria est; quantum  
 nitati corporis: adeo oïbus notum est, ut hæc ve  
 tas probatione non egeat. Toti enim cõpositio  
 animæ nimirum & corpori, ac eius organo ins  
 & cū sæuiunt, vires tam corporis quàm animi exhauri  
 riunt ac fatigant incredibiliter, vno eodemque  
 telo simul corpus & animam conficientes. Pro  
 mus hic aliquot passionum exempla, & vni  
 ficatatemque perspiciamus.

*Passiones  
 virtutis  
 studio esse  
 impedimē-  
 to, proba-  
 tur exem-  
 plis.*

I.

*Amoris  
 vis.*

*L. II. An-  
 tiq. Iudaic.  
 c. 4. c. 3.  
 Esd. 4.*

2.

*Desiderij.  
 Gen. 25.  
 Gen. 29.*

Ab amore incipiamus. Apem e Bezacis siue  
 Iosephus) Rhapsacis Themafini filia, concubina  
 Darij Persarum Regis, à Rege præceteris  
 amata, ita ut dextera affideret, & de capite dextera  
 ma auferret, sibi que imponeret, Regis malum  
 sinistra manu feriret, cum interea Rex ex  
 hianti ore intueretur, arridenti arrideret, & sus  
 cipienti blandiretur, quo sibi eam reconcilia  
 liaret. Quo argumento vsus Zorobabel, apud  
 Esdram, mulieres maiores Rege vires habere  
 pronunciauit: non mulieres, in quam, sed pa  
 sionem vel amoris vnicam Regibus imperantibus  
 Quis hoc crederet, nisi Esdras tastaretur? Desiderij  
 vii impotentia non minus afficit animum, nec  
 quidquam turpe aut difficile agnosci permit  
 tit. Esau famelicus à venatione rediens, le  
 tis edulio ius suæ primogenituræ fratri Iaco  
 bo vendidit. Iacob desiderio Rachelis æstuans,  
 laborem obsequij quatuordecim annorum  
 ne sensu labentis temporis sustinuit. Quidam  
 impe

impendentia! auri cupiditate Iudas discipulus *Matth. 27.*  
 Messium & Redemptorem orbis argēteis trigin- *V. Cor. 1.*  
 ta vendidit: sed quæ merces finisq; insani delide- *2. Reg. 13.*  
 re abiens laqueo se suspendit. Amnon tanto  
 desiderio sororis Thamar captus est, vt ei stuprū  
 inferret, & incestus sui pœnam ferret: necem  
 mirum, quam ei frater eius Absolon attulit.  
 Profecto cupiditate incensis nulla religio, nihil  
 sacrū nihil inausum relinquitur, quod suo sce-  
 lere facilego non temnerent.

Quid de gaudiis ac lætitiis efficacia dicam? Victis  
 ad Thralimentum Romanis, eaque clade in-  
 dicata, sollicita & anxia multitudo sese ad por-  
 tas effudit, viri promiscue & femine, quæ suo  
 ram fortuna esset exploraturi. Varij hic sciscitiā-  
 tum affectus, vt quisque de suorum morte aut  
 vita certior factus esset. Mulierum multo ma-  
 iores planctus & gaudia extitere: quarum vna  
 sospiti filio ad ipsam portam facta obuia, com-  
 plexu eius expirauit, altera, cum falso mortis filii  
 nuntio mœsta domi sederet, ad primum conspe-  
 ctum redeuntis exanimata est.

Sæua bestia *tristitia* quid non facit? Heli Sacer-  
 dos, cladis teterrimæ Philist hæc bello acceptæ,  
 capteque Domini arcæ, nuntio consternatus,  
 audita triginta millium Iudæorum, & duorum,  
 qui in ea acie steterant, filiorum cæde, solio  
 præceps datam mortem obiit. Antiochus Epi-  
 phanes è Perfide fugatus, cum Lysiā quoq; Du-  
 cem à Iudæis victum cognouisset, mœrore ani-  
 mi in varios morbos incidēs, misere perit. Re-  
 fert post Gregorium Nazianzenū Cœlius Rho-

3.  
*Gaudij.*  
*Titus Li-*  
*uius l. 22.*  
*initio. Va-*  
*ler. Max. l.*  
*9. c. 12. Pla-*  
*tarch. in vi-*  
*ta Hæmib.*

4.  
*Tristitia.*  
*1. Reg. 4.*  
*1. Mach. 6.*  
*D. Greg.*  
*Nax. in o-*  
*ratione. 3.*  
*qua est. r.*  
*in uict. in*  
*Iulian. ibi-*  
*que Pamiel.*  
*Nonus.*  
*Lib. 29. c. 5.*  
*Antiq.*  
*lect.*

diginus, Aristotelem in Chalcide Euripi septem miferit fa  
 die ac nocte reciprocantis naturam admirantur penitent  
 causas altius secum librantem, cum minus irati fa  
 ti compos euaderet, animi ægritudine contumaciter deman  
 xisse morbum, ex quo non conualuit amplius etiam si v  
 Sunt qui prodant in fretum dedisse præcipitæ sentian  
 se, hincque natum elogium: *Quoniam Aristoteles* (Cicero  
*non cepit Euripum, Euripus cepit Aristotelem.* ) (Cicero  
 propter I  
 infremen  
 minaretu  
 14. Ha  
 runt à tir  
 maris,  
 dacia, si  
 etæ tena  
 non cor  
 dicitis ob  
 bi requie  
 rates re  
 inuenie  
 Si B.  
 nomina  
 citatem  
 non ego  
 infelix  
 huius?  
 in ipso  
 eius an  
 & pro  
 de nol  
 gnant  
 mitat  
 miferit

5. Non minorem vim habet timoris affectus

*Timoris.* præsertim inopinatus. Nabal timore conce  
*1. Reg. 25.* irati Dauidis, quem ingratus contempserat.

*In Pompei*  
*10.*

co mortuus concidit. Illud etiam dignum me  
 moria, quod de Iulia Cnæi Pompeij vxoris  
 sti casu Plutarchus narrat. Cum enim in com  
 tiis ædilitiis nonnulli ad manus venissent, & c  
 ca Pompeium non pauci occisi essent, cruce  
 respersus mutauit vestes: quas domum refer  
 vt forte Iulia vterum gestans cõspexit, extim  
 & suspicans mortem mariti, animo defecit, & c  
 illa turbatione abortiit.

6. Dicam postremo de ira, ceteris prætermittam

*Ira.*  
*1. Reg. 25.*

ne in re clara prolixior sim. Dauid Rex alioq  
 benignissimus, qui velut ex professo hostes su  
 diligere videbatur, Nabalis tamen superbia  
 & ingratitude cum ferre non posset, iram  
 census, eum cum tota familia ad interuicium  
 deleuisset, nisi Abigail, Nabalis vxor, ipsum p  
 casset. Idem Ioram Israelitano Regi accidit

*4. Reg. 6.*

Samarizæ obsessus à Benadad Rege Syriæ, cui  
 fames maxima ciuitatem inualisset, contum  
 Eliseum Prophetam tanta ira exarsit, eo quo  
 Deum pro liberanda vrbe non exoraret, v  
 miferit

CT. pi sepe miferit satellites, qui ei caput præciderent; sed  
 miratur penitentia ductus, satellites reuocauit. Mul-  
 tinus ta irafacimus quæ sani mente ne cogitare qui-  
 e contemdemaueremus: quid enim iratus non audet,  
 ampliam si vitam prodigere debeat? denique Va-  
 acipitentinianus Imperator (inquit Sanctus Hiero-  
 Aristotymus) cum aduersus Sarmatos Quadosque  
 n. propter Illyrij vastationem in consistorio sæuus  
 affectu intremere, & totius gentis excidium rigidus  
 conce minaretur, sanguine erumpente discrepuit.  
 sferat 14. Hæc ergo monstra omnia domanda e-  
 ntum rant à tirone: si namque natura ferox, si im-  
 vxoris manis, si libidinosa, si effrenata laboret au-  
 in com dacia, si umbram suam horreat, si odij ac vindi-  
 ent, & cæ tenax, si effusa in lætitiã dissolutam sese  
 , cruc non contineat, si denique perturbationibus  
 m refer dicitis obnoxia sit in gradu aliquo intensiori: v-  
 extirp bi requiem ac tranquillitatem necessariam ad vir-  
 fecit, & tutes recipiendas, augendas, atque exercendas  
 inueniet?

Si B. Paulus vitiorum incitamenta peccatum  
 nominat, eisque ascribit omnem suam infœli-  
 citatem, dicens, *Si autem, quod nolo, illud facio; iam*  
*non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.*  
 infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis  
 huius? & tamen perturbationes moderatiores  
 in ipso erant, quam in nobis; & minus loci in  
 eius animo, ob maxima diuinæ gratiæ munera,  
 & protectionem singularem, inueniebant: quid  
 de nobis statuemus, quos & grauissimæ oppu-  
 gnant passiones, & plurimæ perturbant infir-  
 mitates; vulgari tantum gratia & protectione

Epist. 29. ad  
 Præsidium  
 Diac. tomo 9.

Declara-  
 turrationi  
 bus, passio-  
 nes impedi-  
 re Perfe-  
 ctionem.

1. Ratio.

2. Ratio.

Passiones  
 peccatum  
 appellata.

Rom. 7.

NO IMPEDICUS  
 ...  
 ...  
 ...



*Epist. 106. ad Paulinū contra Pelag. in fine.* donatos? D. Augustinus lamentatur cum Paulino in quadam epistola eandem calamitatem, qua ita ad eum scribit: *Quid vberius, & veracissimè confessione plenius, quam illud est in quadam epistola tua, vbi naturam nostram non mansisse vt condita, sed viciatam esse per illum generis humani patrem, milititer deplorasti, dicens: Pauper ego, & dolens, qui huc terrena imaginis squalore concretus sum, & de primo quam de secundo Adam & carnis sensibus, & terrenis actibus refero. Quomodo tibi audeo me pingere? Erubescio pingere quod sum, non audeo pingere quod non sum: odi quod sum, & non sum quod amo. Sed quod misero mihi proderit odisse iniquitatem, & amare virtutem: cum id potius agam quod odi, nec elaborem pingere id potius agere quod amo? Ipse discors & intestinus bello distrahor, dum spiritus aduersus carnem, caro aduersus spiritum dimicat, & lex corporis lege peccati gem mentis impugnat.* Hæc & plura Paulinus lamentatur, & Paulinum imitatus exprimit aduersum passiones animi omnis generis, quibus vt à virtute abducimur, vel etiam ad peccandum inuitamur.

*3. Ratio. Passiones quando sint peccatum.*

*Conclusio.*

Quæ quidem non lædunt, si non admittantur: sed quia importunæ, molestæ, assiduæ, & videntes sunt, & sæpe potentissimæ, quis non lædatur aliquando? quis non frangatur? & quis impellendis atque excludendis occupatus strenuis virtutibus acquirendis operam nauare, exercendis sese impendere, perficiendis dedere se poterit? Magno ergo beneficii loco quisque repute, si naturam Complexionemque temperatam accipiat, quæ acquirendæ PERFECIONI sit idonea:

nea: & toto vitæ decursu occupari non debeat  
 in amoliendis terribilissimis passionum monstris  
 ac portentis, quæ mileros mortales vel trahunt  
 ad interitum, vel immaniter torquent & affli-  
 gunt, omnique corporali & spiritali solatio de-  
 situtos relinquunt.

C A P. XV.

*Deum ab hominum Temperie aut Comple-  
 xione, ut aliquem perficiat, non dependere:  
 sed eius gratia pessimum quemque o-  
 ptimum posse euade-  
 re.*

25. **I**D postremo, non obstantibus iis quæ de  
 naturarum intemperie dicta sunt, ma-  
 gnitudini diuinæ potentæ tribui debet, quod,  
 quantumcumq; quispiam inconditis deprava-  
 tisque moribus sit, tumma labore intemperie,  
 Complexione deterrima, ac passionibus im-  
 moderatis, Deo hominibusque sit inuisus: si di-  
 uina gratia deinde mentem occupet, volunta-  
 tem emolliat atque informet, mira in homine  
 fiat mutatio: & talis quidem, ut non rebellem  
 naturam, sed maxime temperatam ex matris  
 vtero hausisse atque attulisse videatur. Id cum  
 experientia notissimum sit, tum ex sacris Scri-  
 pturis facile declarabitur. Cum enim D. Ioan-  
 nes venturum Messiam annuntiaret, & ingra-  
 tis Iudæis denuntiaret gratiam in Gentiles

*Sanari gra-  
 tia intem-  
 periem,  
 prauamq;  
 Complexi-  
 nem, decla-  
 ratur Scri-  
 pturis.  
 Lib 29. Mo-  
 val. cap. 25.*

ROMBECIUS  
 ...  
 ...

